

4
**CONSTANTII
LANDI COMPLA-**

NI COMITIS PATRI-
CII QVE PLA-
CENTINI

METHODVS REBO-
NA VALETVDINE
TVENDA,
AD

AEMILIVM PVTEVM,
PLACENTINVM, ADOLE-
SCENTEM CLARIS-
SIMVM.

*



L V G D V N I ,
APVD SEBASTIANVM
DE HONORATIS,

1557.

TISSA TRIBUS
CANTO TAVEL
MUSICA MUSICO
ALLEGRO

AD LECTOREM.

Dum Bacchi ludos imitatur stulta iuuentus,
Atque simul fictis uultibus ora tegit :
Hunc ego, qui curet mentem corpori⁹ libellum,
Composui, quadam sed breuitate tibi.
Ut quam alij longis scripsere anfractibus artem,
Arctatam hanc paruo codice lector emas.
Hunc lege, sed nunquam prisorum dogmata spernas,
Queis iam debere haec omnia me fateor.

CONSTANTII LANDI COMITIS

DE TVENDA BONA

VALETUDINE AD

Aemilium Puteum

Methodus.



A R C V S Cicero Latiae linguae columnen (Aemili Putee) Tironi liberto hæc ad tuendam prosperam sanitatem, quinque proponit remedia, & salubria antidota, *περιποτασση, αλυπιαρη, περιπατηση μηχανη, τερψη, ευλυσιαρη καιδιας.* Hoc est concoctionem, cui contraria est *Δυσπεψια*, hilaritatem, mensuratam deambulationem, delectationem, bonamque uentris dissolutionem. Et ut ex his quinque eliciamus totius penè, quæ ad bonam ualetudinem faciunt, artis remedia, sciendum est in primis, hominem ita in se compositum esse debere, ut ea, quæ à natura sibi perperam & palam exposita sunt, eligere noscat, scq; primùm cognoscat oportet, & foris & in cute. Nam ut ait Iuvenalis Satyra 10. Orandum est ut sit mēs sana in corpore sano. E cœlo descendit γνῶθι σεαυτόν. Oraculum enim est Delphicum iāndiu consuetudine sermonis pertritum, γνῶθι σεαυτόν. quod & Cic.lib.i. & 5. Tusculanarum quæstionum,